

Legio Mariae

ORATIONES INTRODUCTORIAE

In nómine Patris et Filio et Spíritus Sancti.

Amen.

Veni Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terrae.

Orémus

Deus, qui univérsam Ecclésiám tuam in omni gente et natióne sanctíficas, in totam mundi latidúdinem Spíritus tui dona defúnde, ut, quod in ipsis evangélicae praedicationis exórdiis tua est operáta dignátio, nunc quoque per credentium corda diffúndat. Per Christum Dóminum nostrum. **Amen.**

V. Dómine lábia mea apéries.

R. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

V. Deus in adjutórium meum inténde.

R. Dómine ad adjuvándum me fesína.

V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum.

Amen.

ORATIONES SANCTI ROSARII:

Salve Regína, mater misericordiae! Vita, dulcédo, et spes nostra salve! Ad te clamámus, éxules fílii Hevae. Ad te suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte, et Jesum, benedíctum fructum ventris tui nobis post hoc exílium osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus

Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aetérnae premia comparávit; concéde quáesumus ut haec mystéria sacratíssimo beátae Mariae Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod continent, et quod promíttunt assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **Amen.**

V. Cor Jesu Sacratíssimum.

V. Cor Maríae Immaculátum.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Joseph.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Joáñnes Evangelista

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Ludóvice María de Montfort.

R. Ora pro nobis.

In nómine Patris et Fílio et Spíritus Sancti.

Amen.

